



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Membrum III. De generosa resignatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

is; sicut ergo Artifices etiam minus periti, si ideam seu formam perfectam sunt nacti, atque in eam materiam licet imperfectam infuderint, haud dubiè perfectam quoque imaginem producent; ita meritò sperari etiam potest, Pastorem perfectissima opera producturum, si ea perfectissimis Christianis operibus velut exemplari conformare studuerit. Tertiò, ut frequenter super actiones suas reflectat, & quae emittuntur videbuntur, accuratè corrigere studeat; neque enim corrigi satis potest, quantas vires habeat hæc reflexio ad perfectionem actionum humanarum procurandam.

MEMBRUM III.

De Generosa Resignatione.

Qu. 1. In quo consistat hæc Resignatio? R. in sequentibus. Primò, ut non statim Pastor abiciat animum, si non, ut vellet, videat proficere suos Parochianos; nam, ut Lapide nonnemo dixit: *Sæpe ea, qua sanari ratione non poterunt tempore sunt sanata; non videtis, inquit S. Chrysolostomus hom. 41. in Gen. quantà DEVS non longanimitate toleret, quomodo quotidie negligimus obtemperare eius mandatis, quæ sic cesset à cura nostra? Simili ergo modo nos erga Deum nostros bene affecti, magnam faciamus diligentiam. Secundo, ut non tristetur, si fortè labores suos omni fructu defraudat; sed potiùs saluberrimam S. Bernardi l. 4. de Consideratione lib. admonitionem in memoriam revocet: *Noli de fructu curam exigere, non curationem. Audisti: curam illum non curam, & non cura, vel sana illum. Verè dixit quidam: non est in me dico semper, relevetur ut ager: ita & quæso fac tu, quod in te est: nam DEVS, quod suum est, satis absque tua sollicitudine anxietate curabit: planta, riga, fer curam, & tuas erigat partes; sanè incrementum, ubi volueris, dabit DEVS; ubi non voluerit, tibi desperit nihil, dicente Scriptura, reddet DEVS cedem laborum Sanctorum suorum. Imitetur ergo Angelus magna tranquillitate dicentes, Jerem. 51. *Curavimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & unusquisque in terram nostram.* Tertiò, ut, cum Deo piofam laboribus illius benedictionem, fructumque conferit, non tam ob ipsum hunc fructum, quam ob imperatam sanctissimam DEI voluntatem lætetur, illudque Dantes**

Pfal. 113. usurpet: *Non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam; quem in finem proderit saluberrimum Christi monitum in memoriam revocasse: Cum feceritis omnia, qua precepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* Luc. 17.

Qu. 2. *Quare Pastor tantopere dicta resignationi studere debeat?* R. ob triplicem fructum, quem ei affert; quorum primus est *Spes* fructus etiam inexpectati secuturi; ut enim Rusticus ille, qui omnem à DEO tempestatem tranquillo animo accepit, & optimam duxit, quam DEO permittere placuit, optimos semper in agris suis fructus habere meruit; ita idem quoque Beneficium ob similem resignationem Pastor sperare poterit. Secundus, *Magna animi tranquillitas*; quia, ut bene Thomas Kemp. l. 3. c. 11. in persona Christi dixit: *Si ego sum in causa, bene contentus eris, quomodocunque ordinaveris*: tunc nimirum imperabit iterum Christus ventis & fluctibus curarum ac sollicitudinum in anima concitata-rum, & erit tranquillitas magna. Tertius est, *Invicta inter difficultates Constantia*: cum enim inconstantia & tedium inter labores potissimum ex nimio fructus ex iisdem reparandi desiderio oriatur, facile inter eiusmodi difficultates immobilis & invictus permanebit, qui tale desiderium ad Divinæ dispositionis rectissimam normam moderari, atque componere studuerit.

CAPUT II.

DE MEDIIS A PASTORE
ADHIBENDIS.

Varia sunt media, quæ adhiberi possunt à Pastore ad finem suum obtinendum; alia enim sunt intrinseca, alia extrinseca; alia corporalia, alia spiritualia; alia positive disponunt, & juvant ad finem, alia negative tantum, quatenus scilicet varia pericula vel impedimenta remouent. De singulis hoc capite aliquid breviter dicendum.

§. I.

De Medijs Spiritualibus.

Qu. 1. *Qua media spiritualia à Pastore adhibenda sint?* R. sequen-